



Disputatio medica inauguralis de tabe

<https://hdl.handle.net/1874/343798>

24.

DISPUTATIO MEDICA

INAUGURALIS,

DE

T A B E.

AUSPICE DEO OPT. MAX.
Auctoritate Magnifici D. Rectoris,

M. GERARDI de VRIES,

Philosophiae Doctoris, ejusdemque Facultatis in Illustri
Academiâ Ultrajectinâ Professoris Ordinarii,

N E C N O N

*Amplissimi Senatus Academicorum Consensu, Nobilissimaque
Facultatis MEDICÆ Decreto,*

PROGRADU DOCTORATUS

Summisque in MEDICINA Honoribus, & Privilegiis, ritè
& legitimè consequendis,

Eruditorum examini subjicit

JOHANNES FRITS, AMSTELOD-BATAV.

Ad diem 23. Julii, horis locoque solitis.



TRAJECTI ad RHENUM,

Ex Officinâ FRANCISCI HALMA, Academiarum
Typographi, cœc Iœ xcii.

*VIRO reverendo, & pietate
conspicuo,*

**D. CORNELIO
HEYCOOP,**
Ecclesiæ Christi, quæ in pa-
go, dicto BROEK IN WA-
TERLAND, colligitur, Pa-
stori fidelissimo, vigilantissi-
mo,

*Inauguralem hanc
Disputationem*

D. D. D.

JOHANNES FRITS.

*Ex Officij FRANCISCI HALMA, Academici
Tubingensis, apud IO. XOTI.*



D I S P U T A T I O M E D I C A

I N A U G U R A L I S,

D E

T A B E.

T H E S I S I.



Abes vel phthisis est exulceratio
pulmonis cum marcore totius cor-
poris conjuncta.

I I.

Dividitur in genere in humidam &
sicciam. Etiam a Celso in tres speci-
es: in veram phthisin seu exulcera-
tionem pulmonis, in cachexiam ex obstruzione glandu-
larum mesenterii, & in atrophiam seu marcorem ex ob-
structione nervorum. Etiam dividitur tabes in incipien-
tem & perfectam.

I I I.

Partes quæ lœduntur præcipue sunt pulmo, & glandu-
lae lacteaæ ac lymphaticaæ, quæ chylum non bene distribu-
unt,

A 2

IV

unt, sic ut per sedem descendat, & diarrhæa accedat, unde valde mæscescit homo.

I V.

Causa Tabis, & quidem phthiseos, est externa, & interna. Externa est disrupta vena vel arteria ex casu vel iictu, unde sanguis effunditur, qui in pulmone putrescens hunc morbum producit. Causa interna sunt destillationes acres, quæ vasa erodendo ulcus pulmonis, & dein tabem causant. Cachexiæ causa non raro est obstructio glandularum mesenterii. Atrophia etiam sæpe oritur ab obstructione nervorum, partiumque nervosarum.

V.

Signa diagnostica sunt: in incipiente phthisi, raucedo, destillationes frequentes, tussis parva, excretiones tenues, febricula lenta, inflatio abdominis, corporis emacatio. Phthiseos perfectæ sunt, tussis magna, febris continua post pastum exacerbari solita, excretiones purulentæ & fætidæ, &c. cachexiæ signa sunt extenuatio partium totius corporis, abdominis inflatio; quibus foedus corporis color, tussicula sicca, & diarrhæa non raro adfunt.

V I.

Quoad prognosin: phthisis incipiens sæpe curatur. Phthisis inveterata, in qua excretiones sunt cruentæ & fætidæ, vix unquam curatur: si capilli defluunt, & diarrhæa accedit, mors in propinquuo est.

V II.

INAUGURALIS.

7

VII.

Intentiones curativæ duæ sunt: primo acres destillationes sunt temperandæ, nec non tenues catarrhi incrassandi. Secundo tussis mitiganda, ulcus pulmonum absterendum, &c.

VIII.

Eum in finem præscribantur hæ pilulæ

*R. Mass. pilular. de cynogloss. 3*lb.**

*succ. liquirit 3*j.**

bals. sulphuris anisat. gr. vij.

f. pilule n. xij.

Sumat patiens mane & vesperi duas. Conducit etiam linctus.

*R. Syrp. althæa fernal. 3*ij.**

*papaver. Rhead. 3*j.**

*flor. sulphuris 3*j.**

bezoar. mineral. gr. vij.

M. F. linctus.

Utatur quoque patiens hoc decocto.

*R. Rad. sali. 3*ij.**

*china 3*lb.**

althæa.

*liquiritia. aa. 3*lb.**

Herb. malv.

*tussilaginis aa. Mi*ß.**

*passular. mundatar. 3*iiij.**

Cog. S. A. in aq. communi ad libiv.

Cæterum nec venæ sectio hic locum habet, nec purgatio. Si tamen alvus nimium adstricta sit, sumat patiens cum Jusculo 3*lb.* vel 3*j.* mannae calabrinæ.

DISPUTATIO MEDICA

I X.

Si cachexia sit causa tabis, obstructiones sunt aperiendæ, & lymphæ crassæ attenuandæ, & educendæ. In quem finem conducit decoctum, & vinum medicatum.

R. Rad. quinq. aperienti.

gramin. aa. 3j.

herb. scolopendr.

agrimon. aa. Miſſ.

cort. cappar.

tamarisc. aa. 3ß.

F. decoct. in aq. comm. ad libij.

vol. adde.

spirit. salis ammonia. ac 3j.

cochlear. 3ij.

Misceant.

R. Rad. calam. aromatic.

helen. aa. 3ij.

sem. siler. montan.

anis.

fænicul. aa. 3j.

herb. chamædr.

empator. aa. Mj.

limat. chalyb. in nodulo

ligat. 3j.

F. ex his sacculus.

Suspendendus in vini albi gallic.

lib iiij.

De hoc vino sumat patiens bis in die cyathum.

Etiam conducit in prandio & cœna cum haustu vini sumere elixir proprietatis, vel sal volatile oleosum aromaticum.

X.

In digesta fugiantur omnia acris & salsa, utatur patiens
Jusculis, lacticiniis, ovis forbilibus, & similibus alimentis,
quæ sunt boni succi & facilis degestionis. alvus modice
laxa servetur. Fugiantur animi pathemata.

VI

COROLLARIA.

I.

In phthisi incipiente vena-sectio quandoque conductit.

II.

Essentia febris consistit in perturbata sanguinis mixtura.

III.

III.

Ejus signum pathognomonicum est, pulsus prater naturam frequentior.

IV.

Extirpatione partis emortua facienda est
semper in parte viva.

FINIS

II

III